

COROLLARIA.

I.

Omnem chylum per vasa lactea triplicis generis
in venam subclaviam, & inde ad cor deferri verosimi-
le est, quicquid etiam Riolanus, Deusingius, Bilsius,
aliique in contrarium afferant.

II.

Neque illud evertit effugium nonnullorum, con-
cludentium: Quod si hoc firmum esset, vita & omnia
hominum à tenui filo penderent.

III.

Vasa lactea ad hepar quoque, lienem, & uterum
immediatè pergere, ut credamus, à nobis impetrare
non possumus, donec autopsia illa ipsa confirmet.

IV.

Motum chyli ad superiora potissimum promo-
vent arteriæ ductui tum incubentes, tum accum-
bentes; musculi item abdominis & tendines diaphra-
gmatis à motu suo vix per momentum feriantes, ut &
chylus à tergo veniens chylumque pellens, nec non
valvulae hinc inde conspicuae.

V.

Recentissima quorundam opinio, glandulas, præ-
fertim conglomeratas, nihil esse præter congeriem infi-
nitiorum & anfractuosorum ductuum, defendi potest.

VI.

Per funiculum argenteum, cuius Ecclesiastes
c. 12. v. 6. meminit, ductum thoracicum, utpote qui
argenteo utique nitore conspicuus est, intelligeremus,
nisi vox Hebreæ funem majorēm, imō nauticum

denotaret, qui sanè cum ductus nostri exilitate compari nullo modo potest.

VII.

Præterea etiam prædicatum, quod huic funiculo argenteo à S. Scriptura tribuitur, nempè quod recedat vel longè amoveatur, uti Chetibh seu lectio ipsius sacri textus; aut dissolvatur vel decatenetur quasi (Gallis se dechaine, se debande) uti Keri seu lectio marginalis habet, medullæ spinali magis competit quam ductui thoracico. *vid. Celeb. Wedel. Dec. III. Diss. Medico-Philol. 3. de Morbis senuum Salomonæis.*

~~~~~  
**H**Unc magis exornat majorum nobile nomen,  
Qui premit illorum splendida vestigia:  
Splendoremque suæ gentis virtutibus auget,  
Laudibus is geminis dignus habendus erit.  
Sic *Te, Respondens!* quis honor, quæ fama sequentur?  
Ornat stirps illuc, hic tua te merita.  
Gloria nobilitat, quam bis certans es adeptus.  
*Küfferi & Beze* nomina perspicua,  
Quæ quondam cuncti venerati, & adhuc venerantur,  
Ex toto renovas hisce tuis studiis.  
Sit tibi prosperitas, tibi sit benedictio larga  
Semper fama tua & floreat & vigeat

*Nobilissimo arg, Praestantissimo*  
**DN. RESPONDENTI**

Amico suo honoratissimo in

perpetuam suæ amicitiae

memoriam apponere

voluit

**M. Joh. Melchior Eschenauer,**  
**S. Gymn. P. O.**

*Unter 1*

Unus & alter erit, si me non tempora fallunt,  
Annus cum ferres, bina trophya domum,  
Quae Tibi nitenti Musarum turba benigna  
Contulit & meritis laurus aperta tuis.  
Quis non miretur si rursus fama triumphos  
Et magis augustum clamat adesse decus?  
Vix bene concipimus tunc partæ gaudia laudis,  
Nam das letitia liberiore frui.  
Objice nunc frænos menti ad sublime ruenti  
Vix contemplando fortia facta sequor.  
Rondum subsistis? nullum mox auguror esse  
Quod superes, aut quod vincere restet opus.  
Sed decet hoc juvenem tanto qui Consule nasci  
Debut, & dignus cur videatur habet.  
Nobilitate vires & nomen fascibus auctum,  
Summaq; defunctorum gloria servat avos  
Nam quia perpetui sunt hujus stirpis honores  
Reddere Te generi, quod trahis ipse, decet,  
Sic Tua gens semper divina laude virebit  
Æternumq; domi sic habet illa decus.

Hisce  
Nobilissimo atq; Clarissimo  
DOMINO RESPONDENTI  
Amico optimo memoriam  
suam commendare  
voluit

Fridericus Saltzmann,  
L. L. Stud.

Ein Freund! wenn meine Hand Dir will ein Denkmahl  
sezzen?

So zürne darum nicht daß es so niedrig scheine.  
Kan ich es jezo nicht in Erz und Marmor äzen

Weist Du doch daß mein Herz es treu und redlich meint.  
Hat gleich Minerva mir der Weisheit Schatz verschlossen/

Und fliesst ihr Götter-Saffe in meine Feder nicht/  
Und hat Auroraens Hand mich nicht mit Thau begossen/

Dß ich Dir schreiben könne ein rechtes Lob-Gedicht.  
So streut Dir doch mein Herz anheute Freuden-Palmen/

Mit Cedern-Dei besezt/ und Lorbern untermengt/  
Die auch die graue Zeit niemalen wird vermalmen/

Und die man Dir zu Lob in Ehren-Tempel hängt.  
Indem Dein Eugend-Ruhm bis an die Sternen steiget/

Den Fama durch die Welt in vollen Freuden trägt;  
Apollo selbst Dir die Bahn zum Throne zeige.

Und Dich als seinen Sohn an Pallas Brüste lege.  
Denn was gelehrter Wiz nicht hat erforschen mögen/

Was selbst der klugen Welt ganz unergründlich war/  
Das weißest Du anheut rechte klar an Tag zu legen/

Du zeigst geheime Weg und gibst die Probe dar.  
So wird das Rhein-Athen in stärem Flore stehen

Weil Vater und der Sohn die schönsten Blumen sind  
Blüht einst der Vater ab/ so wird man Dich doch sehen

Am Leiterspergers-Stamm ein Eugend-Blumen-  
Kind.

Mein Herz wünsche tausend Glück zu deinen edlen Proben/  
Ja jeder Freund der falle Dir heut mit wünschen bey;

Die ganze Wünschen-Schaar will Dich aufs bestse loben  
Und sagen/ daß Dein Ruhm schon bey den Sternen sei.

Solches hat zum immerblühenden Nacho  
Ruhm schreiben wollen ein dem Herrn  
Respondenten allzeit getreuer und höchstes  
verpflichteter Diener und Freund

Daniel Pfeffinger/ SS. Th. St.  
EXPLI.